# Mariale Alberti Magni in euãgelium ſuper: Miſſus eſt Gabriel angelus.

Rara eſt: ⁊ que nunq̄ mar⸗
ceſcit ſapiētia. et facile videt̄
c ab his qui diligunt eā: ⁊ iue
nitur ab his qui querūt eaꝫ.
Preoccupat qui ſe ꝯcupiſcit
vt illis ſe prior oſtendat. Qui de luce vigi⸗
lauerit ad eam nō laborabit. Aſſidentē eīn
illaꝫ foribus ſuis inueniet. Cogitare ergo
de illa ſenſus eſt conſumatus: ⁊ qui vigila
uerit ꝑpter illam cito erit ſecurus. Qm̄ di
gnos ſe circuīt ipſa querens ⁊ in vijs ſuis
oſtendet ſe illis hilariter: ⁊ in omni proui
dentia occurret illis. Item ſcriptum eſt.
Qui edunt me adhuc eſuriēt: ⁊ qui bibūt
me adhuc ſitient. Qui audit me non con⸗
fundetur. ⁊ qui operant̄ in me nō pecca⸗
bunt. Qui elucidant me vitam eternā ha
bebunt. Huius igitur largiflue ſponſionis
ſubnixus auxilio fiducialiter mitto manꝰ
in opus: alꝭ certe ſuper meum ingeniolū
et ſcientiam meam nimiū eleuatuꝫ. Scio
autem ꝙ non eſt abbreuiata manꝰ domini
ſed ꝙ et adhuc omnia poſſibilia ſunt cre⸗
denti. Eſt auteꝫ opus quod attēpto modo
dn̄ice incarnationis exordiū deſcribens ac
noſtre redemptionis ſacramētum. Quod
quidem in laudem ⁊ gl̄iam: ⁊ honorē glo⸗
rioſiſſime ⁊ ſolius vere honorate ſuꝑ omnē
puram creaturam ꝟginis matris dei aſſu
mentes: ⁊ de ipſiꝰ auxilij ſpecialiſſima col
latione confidentes cōfidenter ſuſcipimꝰ:
in eius miſericordia tanq̄ in firmiſſima
ſpei noſtre anchora collocati: ab ipſa expe
ctantes finem cōſūmationis in premium
laboris que eſt motrix volūtatis: cauſa ope
rationis: ⁊ inſpectrix intētionis. Obſecro
igit̄ in ꝑmis miſericordiā dei oīpotentis:
patris miſericordiarū qui luceꝫ inhabitat
inacceſſibilem: vt effugatis lumine ſue cla
ritatis erroris fallacia: falſitatis zizania:
vanitatis gloria: det mihi verum intellihē
et dicere de matre ipſius miſicordie et ve⸗
ritatis. Obſecro ⁊ eos qui pn̄s opuſculuꝫ
dignabunt̄ inſpicerent vt ſi quid in ip̄o ex
ſui forſitan: vt contingit: nouitate ip̄orum
aures tanq̄ dubium pulſauerit: non facile
ſcribant temeritati: ſed parcant potiꝰ ſim⸗
plici deuotioni. Non eīn intendimus glo⸗
rioſam virginem noſtris mendacijs ador⸗
nare. vel etiā ſtilo altiloquo aut captato⸗
rijs eloquijs aliquid noui ⁊ magni cudere
et non glorioſaꝫ ꝟginē laudare: ⁊ noſmet⸗
ipſos oſtentare: ſed rudibus ⁊ ſimplicibus
noſtri ſimilibus deuotionis munus ꝓba
ſimplicia miſtrare. Mecum eīn bene agit̄
ſi q̄uis nihil dignū de benedictiſſima dn̄a
tanq̄ indignus vita et minus ſcientia de
mei pectoris ore ꝓtulero. occaſionē tamen
de ipſa ſcribendi ⁊ loquendi ſapientibus
ſubminiſtrem. Ut autem lector in huius
operis materia minus laboris habeat: et
continētiam ipſius plenius ſummatiꝫ pre
cognoſcat: quedam quaſi ꝑncipia ꝑmitte⸗
mus: que lucem ſequētibus miniſtrabunt
et titulos ſupponemus: per quos et mate⸗
ria diuerſa compḣendit̄: ⁊ lectori id q̄ð de
materia inſpicere pro tempe voluerit expe
ditius demonſtretur

Preſuppoſitiones.

Uicq̄d tibi occurrit: vt recte faciē⸗
q dum: ſcias feciſſe deum tanq̄ bo⸗
norum omniū conditorē. hoc Au⸗
guſtinus de libero ar. Cum nimiū bonum
cōmunicauit: omne cōmunicabile alicui.
hoc Dionyſius: Qr omnes ꝓprietates infe
riorum habent ſuperiores cum excellētia.
Dionyſius in libro ange. hierar. Lex q̄daꝫ
hec eſt diuinitatis ſacratiſſima per prima
ſecundā ad ſuam diuiniſſimam reducere
lucem. Dionyſius in q̄nto. c. eccle. hierar.
ad omne incōueniens in deo ſequitur im⸗
poſſibile: ⁊ ad omne cōueniens cui maior
ratio non repugnat: ſequit̄ neceſſariū. An
ſelmus. Auctoritas fidem flagitat: ⁊ rōnē
preparat boni: ratio ad itellectū cognitio⸗
nemq̄ꝫ perducit: q̄ꝙ auctoritati ratio pe⸗
nitus deferat: cum conſiderat cui credēdū
ſit ⁊ certiſſima eſt ipſius iam cognite atq̄ꝫ
perſpicue veritatis auctoritas. Auguſtinꝰ
de vera religione. Querendū ratione quid
conſentiat veritati. fiatq̄ꝫ ipſa veritas au⸗
ctoritas ſine qua nec eſt: nec valet auctori⸗
tas. Auguſtinus de moribus eccleſie. Ibi
ſecure quiſquis in ſenſu ſuo abūdat vbi vl̄
certe rationi vel manifeſte auctoritati non
obuiat quod ſentit̄. Bene. Cūq̄ꝫ in ſcriptu
ris ſanctis id conat̄ ſentire quod in eis ſen
ſit ille qui ſcripſit: quid mali eſt ſi h̄ ſentiat
quod tu lux omniū veridicarum mentium
oſtendis. Auguſtinus in. xij. confeſ. Cum
alius dixerit hoc ſenſit moyſes quod ego:
et alius imo illud quod ego religioſus me
arbitror dicere: cur non vtrunq̄ꝫ potius ſi
vtrūq̄ꝫ verum eſt: Et ſi quid tertium et ſi

quid quartum: ⁊ ſi quid omnino aliud verum quiſpiam in his verbis videt: cur nõ illa omnia vidiſſe credat: per quem deus vnus ſacras litteras vera ⁊ diuerſa viſuris multorum ſenſibus temꝑauit. Auguſtin⁹ in eodem. Ego certe quod intrepidus de corde meo pronũcio: ſi ad culmen auctoritatis aliquid ſcriberem: ſic mallẽ ſcribere: vt quod veri quiſq; de his rebus capere poſſet: mea verba reſonarent: ꝙ vt vnam veram ſententiã ad hoc apertius ponerem vt excluderem ceteras quaruz falſitas me non poſſet offendere. Auguſtin⁹ in eodez. Senſit moyſes oĩno in his verbis in ꝑncipio ⁊c. atq; cogitauit: cũ ea ſcriberet qcqd hic veri potuimus inuenire quicquid nos non potuimus aut nondum poſſumus: ⁊ tamẽ in eis inueniri poteſt. Auguſtin⁹ in eodem: Qr nec in corporalibus nec in ſpiritualibus eſt aliquid vacuum. Phus. Beata ꝟgo a nullo illuſtrium vincitur in aliquo. Damaſ. Cum de peccatis agit̃ nulla de ipa fit queſtio. Auguſtin⁹ de natura et gratia. Beata virgo ea puritate nitebat q̃ maior ſub deo nequit ĩtelligi. Anſelm⁹. Ego puto ꝙ copioſior ſanctificationis benedictio in eam deſcenderit: que ipſius nõ ſolum ſanctificaret ortum: ſed vitaz ipſius ab omni deinceps peccato cuſtodiret imunem: qđ nemini in natis mulieruz credit̃ eſſe donatum. Decuit nimirum reginam virginum ſingulari priuilegio abſq; peccato ducere vitam: que duz peccati mortiſq; parere ꝑemptionẽ: munus vite ⁊ iuſticie omnibus obtineret. Ber. Qđ ei nullũ bonũ defuit: cui⁹ pura creatura in ſtatu vie capax fuit. Hieronymus. et Bernardus.

¶ Incipit tabula capitulorum toti⁹ opis Alberti magni in euãgeliũ ſup Miſſus eſt

An neceſſe fuerit hanc miſſionẽ fieri. ca. j.
Per quez nũcium conueniat fieri miſſio.
Si per hominem ca. ij.
Si per angelum ca. iij.
Si per archangelum ca. iiij.
Si per principatus ca. v.
Si per poteſtates ca. vj.
Si per virtutes ca. vij.
Si per dominationes ca. viij.
Si per thronos ca. ix.
Si per cherubin ca. x.
Si per ſeraphin ca. xj.
Si per tres ꝑmos ordines ca. xij.
Si per omnes angelos ca. xiij.
Si per ſpiritumſanctum ca. xiiij.
Si per filium ca. xv.
Si per patrem ca. xvj.
Si per totam trinitatem ca. xvij.
In qua ſpecie apparuit.
Si in ſerpentina ca. xviij.
Si in columbina ca. xix.
Si in humana ca. xx.
In quo ſexu ca. xxj.
In cuius etatis ſpecie ca. xxij.
Si in iuuenili ca. xxiij.
In qua veſte.
Si in candida ca. xxiiij.
Si in ſordida ca. xxv.
Si in bicolorata ca. xxvj.
Si in alba ca. xxvij.
Qua hora temporis.
Si in ortu diei ca. xxviij.
Si in meridie ca. xxix.
Si in veſpere ca. xxx.
In quo loco.
Si in ciuitate ca. xxxj.
Quare in galilea ca. xxxij.
Quare in nazareth ca. xxxiij.
Quare ad virginem ca. xxxiiij.
Quare non ad ioſeph ca. xxxv.
In quo actu fuerit.
Si in contemplatione ca. xxxvj.
Si in actione ca. xxxvij.
Si deſponſari potuit ca. xxxviij.
In qua etate deſponſata fuit ca. xxxix.
De pulchritudine beatiſſime virginis.
Si corporaliter ca. xl.
De pulchritudine in ſpeciali ⁊ ꝑmo de corporis quãtitate ca. xlj.

# Tabula capitulorum.


De membrorum pportione. ca.xlij.
De colore cutis ca.xliij.
De colore capillorum ca.xliiij.
De colore oculorum. ca.xlv.
De hoc ꝙ dicit viro ca.xlvj.
De hoc cui nomen erat. ca.xlvij.
De hoc ꝙ dicit ioſeph. ca.xlviij.
Quare de domo dauid. ca.xlix.
Quare in genealogia eius boni ⁊ mali ponuntur. ca.l.
De nobilitate virginis. ca.lj.
Cur beata virgo nō per ſe ſed ꝑ ioſeph genealoizatur. ca.lij.
De eo ꝙ dicitur. Et nomen virginis in genitiuo. ca.liij.
Quare nomen Maria ca.liiij.
De hoc ꝙ dicit ingreſſus ca.lv.
Quare repetit āgel' ⁊ nō gabriel. ca.lvj.
Si ad ſolam. ca.lvij.
De ſalutatione ca.lviij.
Quare fuit ſine ve ca.lix.
De generali conſuetudie qua additum eſt maria ca.lx.
De gratie plenitudine ca.lxj.
Quare nō plena ſpūſancto ca.lxij.
De differētia iſti' plenitudinis ca.lxiij.
In quo differat a plenitudie xp̄i. ca.lxiiij.
De plenitudine apoſtoloꝝ ca.lxv.
De gratie plenitudine ca.lxvj.
De contentis in hac plenitudine ⁊ primo de baptiſmo ca.lxvij.
De confirmatione ca.lxviij.
De penitentia ca.lxix.
Quis confeſſor ca.lxx.
Si habuerit ordines ca.lxxj.
De extrema vnctione ca.lxxij.
Quid recepit a ſacro altaris ca.lxxiij.
Quid confitebatur ca.lxxiiij.
De virtutibus ca.lxxv.
De fide ca.lxxvj.
De ſpe ca.lxxvij.
De charitate ca.lxxviij.
De virtutibus cardinalibus et primo de iuſticia ca.lxxix.
De ſpeciebus iuſticie ca.lxxx.
De dulia ca.lxxxj.
De penitentia ca.lxxxij.
De prudentia ca.lxxxiij.
De fortitudine ca.lxxxiiij.
De magnanimitate ca.lxxxv.
De magnificentia ca.lxxxvj.
De fiducia ca.lxxxvij.
De ſecuritate ca.lxxxviij.
De patientia ca.lxxxix.
De conſtantia ca.xc.
De perſeuerantia ca.xcj.
De temperantia. ca.xcij.
De ſpēb' tpātie: ⁊ p̄mo de caſtitate. ca.xciij
De ſobrietate ca.xciiij.
De modeſtia ca.xcv.
De modeſtia i cultu veſtiū ca.xcvj.
De donis ca.xcvij.
De ſapientia ca.xcviij.
De intellectu ca.xcix.
De dono conſilij ca.c.
De dono fortitudinis ca.cj.
De dono ſcientie ca.cij.
De pietate ca.ciij
De timore ſeruili ca.ciiij.
De timore initiali ca.cv.
De timore caſto ca.cvj.
De beatitudinibus ca.cvij.
De beatitudine paupertatis ca.cviij.
De mititate ca.cix.
De btitudine luctus ca.cx.
De btitudie eſuriei ⁊ ſiti iuſticie ca.cxj.
De miſericordia ca.cxij.
De mundicia cordis ca.cxiij.
De beatitudine pacis ca.cxiiij.
De perſecutione ca.cxv.
De aureola martyrij ca.cxvj.
De aureola p̄dicatoꝝ ca.cxvij.
De aureola virginum ca.cxviij.
De fructibus quos ponit apoſtolus ad galatas. v. ca.cxix.
De charitate ca.cxx.
De gaudio ca.cxxj.
De pace ca.cxxij.
De patientia ca.cxxiij.
De longanimitate ca.cxxiiij.
De bonitate. ca.cxxv.
De manſuetudine ca.cxxvj.
De benignitate ca.cxxvij.
De fide ca.cxxviij.
De modeſtia ca.cxxix.
De continentia ca.cxxx.
De caſtitate ca.cxxxj.
De gratijs gratis datis: ⁊ primo de ſapientia. ca.cxxxij.
De ſcientia ca.cxxxiij.
De mechanicis ca.cxxxiiij.
De artibus liberalibus ca.cxxxv.
De grammatica ca.cxxxvj.
De rhetorica ca.cxxxvij.

De legibus ca.cxxxviij.
De logica ca.cxxxix.
De ſpeciebus logice ca.cxl.
De phiſica ca.cxlj.
De quadriuio ca.cxlij.
De muſica ca.cxliij.
De aſtronomia. ca.cxliiij.
De arithmetica ca.cxlv.
De geometria ca.cxlvj.
Si ſciuerit theologiam ca.cxlvij.
Si ſciuerit librum ſententiarũ ca.cxlviij.
Si ſciuerit omnia capſa ca.cxlix.
De fide ca.cl.
De gratia ſanitatum ca.clj.
De opere virtutum ca.clij.
De prophetia ca.cliij.
De diſcretione ſpirituum ca.cliiij.
De genere linguarum ca.clv.
De interpretatione ſermonum ca.clvj.
De gratijs que ponunt ad Epheſios. iiij.
Et primo de apoſtolis ca.clvij.
De prophetis ca.clviij.
De euangeliſtis ca.clix.
De paſtoribus ca.clx.
De gratijs ſpecialibus ca.clxj.
Qualiter fuerit prefigurata ca.clxij.
Qualiter fuerit prophetata ca.clxiij.
Qualiter fuit annũciata ca.clxiiij.
Q fuit miraculoſe ꝯcepta ca.clxv.
Q fuit in vtero ſanctificata ca.clxvj.
De ſpecialibus gratijs que circũſtant cõuerſationẽ eius ca.clxvij.
De ſpãlib⁹ gratijs circa mortẽ. ca.clxviij.
Utrum mortem preſciuerit Ca.clxix.
Utrum inuitata obierit ca.clxx.
Si ſine dolore obierit ca.clxxj.
Si ſtatim in anima ⁊ corpore aſſumpta fuerit ca.clxxij.
De quatuor ſuppoſitis cõtra aduerſantes aſſumptioni carnali ca.clxxiij.
De ꝑuilegijs beate ꝟginis. Et ꝑmo de peccati immunitate ca.clxxiiij.
De impoſſibilitate peccandi ca.clxxv.
Utrũ quolibet motu merebat ca.clxxvj.
Utrũ q̃libet paſſiõe merebat ca.clxxvij.
De puritare in ſummo ca.clxxviij.
Utrum hanc puritatem ſimul vel ſucceſſiue ſuſceperit ca.clxxix.
De eo ꝙ eſt mater dei ca.clxxx.
Q eſt mater et virgo ca.clxxxj.
Q eſt virgo virginum ca.clxxxij.
Quare nõ dr̃ mater matrum ca.clxxxiij.
Q ſit mater omniũ ca.clxxxiiij.
Q dicit ſtella maris ca.clxxxv.
Q dicit porta celi ca.clxxxvj.
De cõicatione paſſionis ca.clxxxvij.
Utrum in paſſione habuit ſummuꝫ gaudium et dolorem ca.clxxxviij.
De gaudijs btiſſime ꝟgis q̃ hũit ĩ paſſiõe et de cõparatione eoꝝ ca.clxxxix.
Q ſup omnẽ creaturã in quarta hierarchia eſt exaltata ca.xc.
Utrum habuit btã virgo ꝓprietates oĩum angelorum ca.cxcj.
Utrum habuit proprietates ſingulorum ordinum ca.cxcij.
De ꝓꝓetatib⁹ ſcđe hierarchie ca.cxciij.
De ſuprema hierarchia ca.cxciiij.
Q eſt regi na miſicordie ca.cxcv.
Recapitulatio ꝑuilegioꝝ ⁊ additio c.cxcvj
De ſufficiẽtia ꝑuilegioꝝ ca.cxcvij.
Epilogus ꝙ nobis ex illa plenitudine venerit ca.cxcviij.
De hoc: dñs tecum ca.cxcix.
De h: bñdicta tu in mulierib⁹ ca.cc.
Qualiter eius benedictio omnem benedictionem cõprehẽdit ca.ccj.
De benedictione diei ſeptime ca.ccij.
De benedictione ade ⁊ eue ca.cciij.
De benedictione Jacob ca.cciiij.
De benedictione ſinguloꝝ filioruꝫ Jacob et primo Jude ca.ccv.
De benedictione Zabulon ca.ccvj.
De benedictioce Yſachar ca.ccvij.
De benedictione dan ca.ccviij.
De benedictione Gad ca.ccix.
De benedictione Neptalim ca.ccx.
De benedictione Aſer ca.ccxj.
De benedictione Joſeph ca.ccxij.
De benedictione Bẽiamin ca.ccxiij.
De bñdictione ꝑma Balaam ca.ccxiiij.
De bñdictione ſcđa Balaam ca.ccxv.
De bñdictiõe tertia Balaam ca.ccxvj.
De bñdictione q̃rta Balaam ca.ccxvij.
De benedictionibus datis populo a moyſe. ca.ccxviij.
De benedictionib⁹ datis filijs iſrael ⁊ primo Ruben ca.ccxix.
De benedictione Jude ca.ccxx.
De benedictione Leui ca.ccxxj.
De benedictione Bẽiamin ca.ccxxij.
De benedictione Joſeph ca.ccxxiij.
De benedictione Gad ca.ccxxiiij.
De benedictione Neptalim ca.ccxxv.

# Tabula alphabetica foliorum.


Filium iacob ſignificat qualiter btē virgini conueniant fo.lxij.
Caſtitas beate virginis caſtitatem oīs creature qualiter excedit fo.xxiij.
Caſtitatis fructū quō habuit fo.xxxvj.
Ciuitati qualiter perpulchre beata virgo cōparatur. fo.v.
Conceptio in vtero virginis de quo facta ē tanq̄ de cauſa efficiēte fo.lxxxij.
Conceptio eadem de quo facta ſit tanq̄ de materia. ibidem.
Conceptio eliſabeth q̄liter ꝑpter q̄tuor in annūciatiōe ab āgelo itroducit. fo.lxxviij
Cogitatio btē virginis qualis fuit in ſalutatione. fo.lxxxij.
Cōfirmationis ſacramentum an ſuſceperit. fo.xvij.
Color cutis beate virg. q̄lis fuit fo.x.
Color capillorum ꝛ oculorum qualis fuit. ibidem.
Compaſſiōis fructū quō habuit. fo.xxxiiij.
Conſilij donum quō habuit. fo.xxix.
Conſtantia quid ſit ꝛ quomodo fuit in beata virgine. fo.xxiij.
Coronā duodecim ſtellarū quō habuit ꝛ q̄d ſtelle ſignificent. fo.lviij.
Contemplationis actum habuit ꝟgo beata qn̄ angelus ad ſalutādū eā venit. fo.vj.
Continētie fructū quō habuit. fo.xxxv.
Confeſſio triplex. fo.xix.
Confeſſio beate virginis qualis fuit ꝛ quis confeſſor. ibidem.

d Quid cur in genealogia ſaluatoris ponitur fo.xj.
Delectatio qualiter intendit ex certitudine trib⁹ modis. fo.xxxv.
Deſpōſatio btē ꝟginis poſſibilis fuit ꝛ vtilis ꝑpter multa fo.vij.
Dies creationis qualiter impleti ſint ī beata virgine fo.xlj.
Diſcretionem ſpirituū q̄liter habuit. fo.xl.
Dolores quos pertulit virgo beata in paſſione filij propter quos hʒ aureolam martyrum. fo.xxxij.
Dolorem ſummū ꝛ ſummū gaudiū qualiter habuit in morte filij fo.lj.
Dn̄s qualr̄ fuit cū ꝟgine oīb⁹ modis q̄bus cōtingit aliq̄d eſſe cū altero. fo.lx.
Dona ſpiritusſancti quomodo habuit beata virgo fo.xxviij.
Donorum ſufficientia fo.xxxvj.
Dulia qualiter fuit in beata virgine ī ſummo. fo.xxij.

e Ecleſie ſtatū quomodo habuit beata virgo: ſcilicet ꝟginum cōiugatorū ꝛ viduarum fo.lxj.
Eleuat anima ad ſpeculationem diuinam hoc modo fo.xxxiiij. xxxv. ꝛ. xxxvj.
Eſuriei ꝛ ſitis btitudo qualit̄ fuerunt ī beata virgine fo.xxxj.
Etatem qualē habuit btā ꝟgo tp̄e cōtracti matrimonij fo.vij.
Exaltata quō eſt beata ꝟgo ſup oēm creaturā ꝛ ſup choros angeloꝝ fo.liij.
Extreme vnctionis ſacr̄m quid ab eo ſuſcepit btā virgo fo.xix.

f Feſtū baptiſmatis btiſſime ꝟgis cur ab eccl'ia nō celebretur fo.xix.
Fidei ꝯſtātia btiſſime ꝟginis omēs viatores ſuperauit fo.xl.
Fidei donū q̄r hūit btā ꝟgo. fo.xxxv.
Fiducia quid ſit ꝛ quomodo fuit in beata virgine fo.xxiij.
Figurata q̄liter fuit fo.xl.
Fōs ꝛ ciſterna q̄lit̄ dr̄ bea. ꝟgo. fo.lix.
Fortitudis donū quō habuit fo.xxix.
Fruct⁹ qualiter excellentius habuit oībus viatoribus fo.xxxij
Fruct⁹ vētris btiſſime ꝟginis qualiter fuit bn̄dictus. fo.lxix.
Fructuū ſufficientia fo.xxxvj.

g Gaudiū ſūmū ꝛ dolorem ſūmū q̄liter hūit ꝟg. be. in paſſiōe filij fo.lj.
Gaudij fructū quō hūit fo.xxxiiij.
Genealogie ꝟginis cur boni ꝛ mali inſerentur fo.xj.
Genealoizare mulieres cur ſcriptura non conſueuit fo.xiij.
Geometriā ſciuit ꝛ qualiter fo.xxxix.
Grāmaticā qualiter ſciuit fo.xxxviij.
Gratiā ſanitatū q̄lit̄ hūit ꝟg. be. fo.xl.
Gratiā virtutū q̄liter habuit. ibidem.
Gratiā ꝓphetie q̄liter habuit. ibidem.
Gratiā linguarū q̄liter habuit fo.xlj.
Graꝫ iterptādi ſmones q̄lit̄ habuit. ibidē.
Gratuitaꝝ ꝑfectionū ſufficiētia fo.xxxvj.
Grās ab apoſtolo ad epheſeos. iiij. poſitas qualiter habuit fo.xlj.
Grē ſpāles in diuerſis ſctīs repte excellēter fuerūt in btīſſima ꝟgie fo.xlij.

# Tabula alphabetica foliorum.


Gratias ſpeciales mortem circūſtantes q̄liter habuit. fo.xlij.ꝛ.xliij.
Gratiam qualiter inuenit apud dominuꝫ. fo.lxxxj.

h Humilitas ꝛ obedientia q̄liter fuerūt in btā v̄g.in ſummo fo.xxiij.

i Jeſus q̄liter impoſitū diuerſimode a deo angelo beata virgīe ꝛ ioſeph ꝛ cui ꝓprie ꝯueniat fo.lxxiiij.
Jlluminātur nō oēs eq̄liter ꝛ q̄re fo.xxj.
Jntellectus donū q̄liter habuit fo.xxix.
Jnferior q̄liter ſit dn̄s ieſus xp̄s oī angelo vno mō loquēdi ſiue cōſiderādi. fo.lxxvj.
Joſeph in euāgelio vir dicitur propter quatuor cauſas fo.x.
Joſeph noſter perpulchre comparatur Joſeph filio iacob. fo.xj.
Joſeph cur dicitur fuiſſe de domo dauid ꝛ quomodo.ibidem.

l Latria dulia obediētia ꝛ humilitas qualiter fuerūt in beata v̄gine in ſummo. fo.xxiij.
Leges ꝛ decreta q̄liter ſciuit fo.xxxviij.
Logicam qualiter ſciuit. ibidem
Logice ſpēs qualiter ſciuit.ibidem
Lōganimitatis fructum quomodo habuit beata v̄go fo.xxxiiij.
Loquendum de dn̄o ieſu xp̄o ſm̄ quatuor modos fo.lxxvj.
Luct⁹ btitudo an fuerit in be.v̄g. fo.xxxj.

m Magnanimitas quid ſit ꝛ quomodo fuit ī beata v̄gine fo.xxiij.
Magnificentia q̄d ſit ꝛ quomodo fuit ī beata v̄gine fo.xxiij.
Magnificat⁹ qualiter ſit xp̄us in ſua natiuitate fo.lxxij.
Maledicti euacuatio qualiter facta eſt in fructu v̄g. fo.lxix.
Māſuetudis fructū quō habuit fo.xxxv.
Maris ſtella q̄re ꝛ qualiter dicit̄ fo.xlix.
Maria cur eccl̄ia ſalutatiōi angelice appoſuit qđ angelus ſalutādo omiſit fo.xvj.
Maria v̄go h̄ noīe vocat̄ ꝑpt̄ mł̄ta.fo.xiiij
Matrē dei eē q̄le ꝛ quātū ꝑuilegiū.fo.xlvij
Matrē ꝛ v̄ginē eē q̄le ꝑuilegiū. ibidem
Mat̄ oīuꝫ q̄liter v̄go btā dr̄ fo.xlviij.
Mat̄ reſpectu filij q̄tuor hꝫ ꝓprietates que beate v̄gi,cōueniūt,ibidem
Matrimoniū verū vtrū fuit inter mariā ꝛ ioſeph ꝛ q̄ reqrunt̄ ad m̄rimoniū fo.vij.
Mechanicas artes viriles beata virgo neſciuit. fo.xxxviij.
Mechanicas artes mł̄iebres ſciuit. ibidē.
Mēbra btiſſime v̄ginis fuerunt elegātiſſime diſpoſitionis fo.ix.
Miſericordie beatitudo in ſummo fuit in beata v̄g. fo.xxxij.
Miſſus eſt filius ſpiriſſanctus ꝛ angelus diuerſimode fo.iij.
Ad miſſionē tria exiguntur.ibidem
Merebat̄ btā v̄go quolibet motu fo.xlv.
Merebatur btā v̄go q̄libet paſſiōe. ibideꝫ.
Mititas an in btā v̄gine fuerit fo.xxxj.
Modeſtie fructū quō habuit fo.xxxv.
Mortē ſuā qualr̄ preſciuit fo.xlij.
Mortua qualiter ſit pre amore ꝛ ſine dolore. fo.xliij.
Mulier initiū pctī ē in rōne mł̄ieris. fo.v.
Muſicā q̄liter ſciuit btā v̄go fo.xxxix.
Munda fuit be.v̄g.in ſummo fo.xxxij.
Mulierū benedictioneꝫ quomodo habuit beata virgo. fo.lxj.

n Nobilitas in trib⁹ ꝯſiſtit fo.xij.
Nobilitas carnis q̄d ſit.ibidem.
Nobilis fuit beata v̄go ſm̄ oēm nobilitatis modum.ibidem.

o Obumbrata qualiter fuerit virgo beata ſp̄uſctō. fo.lxxvij.
Opera ſex dierū q̄liter btām v̄ginē prefigurabant fo.xlj.
Ordinis ſacꝛ̄ꝫ an btā v̄g.ſuſcepit.fo.xviij.
Ordinū eccleſiaſticoꝝ dignitates ſeu v̄tutes habuit beata virgo per aquipollētiaꝫ ꝛ excellētiam fo.xx.

p Pacis btitudo fuit in btā virgine in ſummo. fo xxxij.
Pacis fructū quō h̄uit fo.xxxiiij.
Patiētia q̄d ſit ꝛ quō fuit ī b.v̄g. fo.xxiij.
Patiētie fructū quō habuit fo.xxxiiij.
Paſſio xp̄i q̄liter b.v̄g.cōicata fuit fo.l.
Pauꝑtatis btitudo ſm̄ duas ei⁹ ptes.ſ.rerū abdicationē ꝛ ꝯtritiōeꝫ ſpiritus fuit in beata v̄gine fo.xxxj.
Paupertatis gradus ſunt octo. ibidem.
Peccādi īmunitatē q̄lr̄ h̄uit b.v̄. fo.xliij.
Peccādi īpoſſibilitas q̄liter inſuit differēter trinitati xp̄o ꝛ btē v̄gini , ibidem.

# Tabula alphabetica foliorum.

Penitētie actū quō habuit be.ꝟg.fo.xxiij.
Penitētie ſacramentum an beata virgo habuerit. fo.xvij.
Perſona vna in veteri teſtamēto ꝓpt plures ꝓprietates plura ſignificat fo.xj.
Perſeuerātia duplex quomodo fuit in beata virg. fo.xxiij.
Phiſicā quomodo ſciuit btā ꝟg. fo.xxxix.
Pietatis donū quo ad triplicē eius actum quō habuit btā ꝟgo fo.xxx.
Plenitudinis grāꝝ diue ꝟginis recapitulatio perpulchra fo.lviij.ꝛ.lix.
Plenitudo grē tripliciter dr̄:ꝛ quō inter ſe he plenitudines differāt fo.xvj.
Plena grā quomodo dr̄ ꝟgo maria differenter ab alijs. fo.xvij.
Prefigurata fuit beata virgo multis modis. fo.xlj.
Prophetata q̄liter fuit btā ꝟgo. fo.xlij.
Priuilegia cognitōis ſeu noticie beate virginis. fo.xxxix.ꝛ.xl.
Priuilegioꝝ btē ꝟg. ſufficiētia. fo.lviij.
Priuilegia.xiij. beate ꝟginis reducibilia ad.xij.enumerātur.ibidem.
Prophetie donū quō hūit bea.ꝟg. fo.xl.
Porta celi:q̄liter dicitur fo.l.
Proprietates cōmunes omniū angeloruꝫ qualiter habuit in ſummo fo.liiij.
Propꝛietates ſingulas ſingulorꝝ ordinū prime hierarchie q̄liter habuit beata ꝟgo in ſummo. ibidem.
Proprietates ſingulas ſcōe hierarchie q̄liter habuit bea.ꝟg.in ſūmo. fo.lv.
Proprietates ſingulas tertie hierarchie q̄liter habuit in ſummo. ibidem.
Prudētie actū quō hūit be.ꝟg. fo.xxiij.
Pulchritudo beate virginis cur ab euāgeliſtis non deſcribitur. fo.viij.
Pulchritudo ꝟginis glorioſe cōgrua fuit ꝛ ad ſuiipſius cōmēdationem.ibidem.
Puritas excellentiſſima q̄liter fuit in btā virgine. fo.xlv.
Puritateꝫ ſummā q̄liter habuit q̄tuor gradibus aſcendendo. fo.xlvj.

r Ecreatiōis opꝰ ſm genꝰ q̄tuor cāꝝ a deo beate virgini communicatum eſt. fo.xlix.
Rethoricam qualiter ſciuit beata virgo. fo.xxxviij.
Regina miſericordie qualiter virgo beata dicatur ꝛ cur potius ſic q̄ regina iuſticie gratie vel glorie. fo.lvij.
Regnat xp̄s multis modis fo.lxxvj.

s Acramentorum a beata ꝟgine ſuſceptio in euangelio ꝓpter ſex cauſas nō declaratur fo.xix.
Sacramenta oībus hominibus tempe beate virginis inſtituta propter multas cauſas ſuſcepit fo.xviij.
Sapientie donum quomodo habuit beata virgo. fo.xxix.
Sacramētū altaris quid ab eo recepit beata virgo. fo.xix.
Sacramentuꝫ ordinis ſolū inter cetera nō recepit ꝛ quare.ibidem.
Sacrm̄ ordinis in ſe habet tria q̄ etiā beata virgo habuit equipollenter.ibidem.
Sacramentum extremevnctionis quid ab eo recepit. ibidem.
Sacramentuꝫ matrimonij triplex bonum preſtitit bea.ꝟg. ibidem.
Sacroꝝ ſufficientia. fo.xxxvj.
Sanitatis grām quō hūit be.ꝟg. fo.xl.
Scientie donū quō habuit be.ꝟg. fo.xxx.
Scientiam omniū rerum habuit beata virgo ad ſuam beatitudinem pro ſtatu vie pertinentium. fo.xxxiij.
Securitas q̄d ſit ꝛ quō fuit ī be.ꝟ.fo.xxij.
Sedem regni ſacerdotij: magiſterij iudicij conuiuij dauid qualiter deus chriſto dederit. fo.lxxvj.
Sermonū interp̄tationē q̄lr̄ hūit. fo.xlj.
Sobrietas ſiue abſtinentia beate virginis nobilior fuit oīs creature fo.xxiij.
Spiritusſanctꝰ qualiter ī beata virgine ſuperuenit. fo.lxxvij.
Stella maris quare ꝛ qualiter dicitur. fo.xlix.
Stellas duodecim quomodo habuit beata virgo. fo.l.
Superior qualiter ſit xp̄s oī angelo tribus modis loquendo. fo.lxxvj.

t Emperātia quid ſit ꝛ quomodo fuit in beata virg. fo.xxiij.
Theologiā qualr̄ ſciuerit. fo.xxxix.
Timor ſeruilis initialis ꝛ caſtus q̄liter fuerit in btā ꝟgine ꝛ q̄liter non. fo.xxx.
Timor an fuit in beata virgine in ſalutatione. fo.lxxxj.
Turbata qualiter fuit in ſalutatione beata virgo.ibidem.

# Tabula alphabetica foliorum.


E multiplex deſcribit̃ ꝛ qualr virgo
v glioſa omni ve caruit. fo.xv.
Veſtis angeli nunciantꝭ qualis fuit
ꝛ quare. fo.iiij.
Videre potuit btã v̓go in ſua contẽplatiõe
deum angelos demones aiaꝫ ꝓpriã ꝛ ſub
ſtãtias rerũ corporaliũ ꝑ ſeipas. fo.xxxvij
Virginẽ virginum eſſe q̃liter ei ↄuenıat in
ſummo poſt xp̃m. fo.xlviij.
Virgines alias beata v̓g. in tribus excel-
lit. ibidem.
Virtutum ſufficientia fo.xxxvj.
Virgo ꝛ mr̃ quõ fuit ſimul. fo.xlvij.
Vocatus qualiter ſit chriſtus altiſſimi fi-
lius. fo.lxxv.

z Elus animarũ per zabulon ſignifi-
catꝰ q̃liter fuit i be. v̓g. fo.lxxij.


Finis tabule alphabetice folioꝝ.

# De annunciationis cõgruentia ⁊ neceſſitate.

Celeberrimi ſacre pagine doctoris fra-
tris Alberti cognoiati Magni ob ſciētiaꝝ
omniũ excellētiã: et Ratiſponēſis epiſcopi
de ordine fratrũ predicatoꝝ liber ꝙ deuo-
tiſſim⁹ de intemerate dei genitricis Ma
rie laudibus feliciter incipit.

p Rimo que-
ritur an neceſſe fue-
rit hãc miſſionē eſſe
Et videt̃ ꝙ non. In-
ter q̃cũq; nõ diſtan
tia nulla neceſſaria
eſt miſſio: inter deuz
⁊ beatiſſimã virginē
nulla eſt diſtãtia: g̃ nulla debuit interuenire
miſſio. Media patet. q̃ꝛ de⁹ fuit cũ btã vir
gine ꝑ eſſentiã p̃ñtiã ⁊ potētiã: ſicut ē in cre
aturis generalit̃: ⁊ ꝑ inhabitãtē gratiã: ſic
eſt in ſanctis ſpecialit̃: g̃ vbi oĩ modo affuit
gratia nullo modo defuit gratia: g̃ nulla
miſſio poſſibil̃ fuit. ¶ Itez oĩs miſſio eſt ꝑ
mediũ: ſed int̃ ipam ⁊ deũ nullũ eſt mediũ
g̃ nulla ē miſſio. minoꝛ ptz: q̃ꝛ ipſa fuit di-
gniſſima creaturarũ: vtpote regina angelo
rũ ab eterno electa ⁊ ↄfirmata. iuxta illud
Eccli. xxiiij. Ab initio ⁊ ante ſecula creata
ſum. ¶ Itē miſſio ē ꝑpter indigētiã: i hac
nulla fuit indigētia miſſionis: g̃ nulla miſ
ſio. de⁹ eñi nõ indiget nũcio q̃ eſt vbiq; p̃ñs
tot⁹. Beatiſſima etiã v̾go nõ indiguit nũ-
cio: q̃ꝛ imediate poterat accipe a deo: g̃ ⁊c.
¶ Itē nũci⁹ pri⁹ accipit nũciatũ q̃ ille cui
mittit̃: g̃ ſi fuit nũciatio hec pri⁹ deſcēdit il
luminatio ad angelũ q̃ ad virginē: g̃ non
deſcēdit ordinate: qd̃ ē ↄtra btm̃ Dionyſiũ
dicētē. Lex q̃dē hec eſt diuinitatis ſacratiſ
ſima ꝑ prima ſecũda ad diuiniſſimã redu-
cere lucē. Vult eñi ꝑ vtrũq; librũ vtriuſq;
hierarchie q̃cquid defluit ad inferiores: in-
fluit ꝑ ſupiores ⁊ nõ ecõuerſo. ¶ Itez bea-
ti⁹ eſt dare q̃ accipe: g̃ beatioꝛ ē dans q̃ ac
cipiēs inquãtũ accipiēs: g̃ nũci⁹ beatioꝛ fu
iſſet beatiſſima v̾gine. ¶ Itē ſicut ſe hz fi-
nis ad finē: ita id qd̃ ad finē ad id qd̃ ē ad
finē: g̃ ſi nũciatũ eſt ſup nũciatũ impropoꝛ
cionat̃ ⁊ nũci⁹ ſilit̃er: ſed alie nũciationes fi
ebãt ꝑ angelos: g̃ iſta debebat fieri ꝑ ſupio
rē oĩ angelo: g̃ de⁹ debebat illã reuelationē
facere ꝑ ſeipm̃. ¶ Itē magis ē dare eē ma-
trē dei q̃ dare fidē ſpem vel charitatē: quia
illud includit iſtud i ſe: ſed illud opat̃ deus
ſine miniſterio creature qd̃ min⁹ eſt: g̃ ⁊ il-
lud qd̃ mai⁹ eſt. ¶ Itē ꝑꝑhia p̄deſtinatio
nis iplet̃ ſine noſtro libero arbitrio vt dicit
glo. ſup Mat. ſed hec nũciatio de ↄceptiõe
filij dei ē ꝑꝑhia p̄deſtinatiõis: g̃ illa nõ de
pēdet a libero arbitrio. g̃ nũciatio non fuit
neceſſaria ꝑpt̃ ↄſenſum btiſſime virginis.
Ex hijs g̃ patet ꝙ nũciatio nõ fuit neceſſa-
ria. ¶ Cõtra. alij ſãcti fuerũt neceſſitati: g̃
chriſt⁹ debuit neceſſitari. ¶ Itē nõ ē lau-
dabile niſi ↄſtitutũ aliq̃ mõ in libero arbi-
trio: ſed fieri matrē dei ē laudabiliſſimũ: g̃
fuit neceſſario nũciatio ꝑpt̃ ↄſenſuz liberi
arbitrij. ¶ Itē in ↄtractu matrimonij req̃
rit̃ liberũ arbitriũ in ꝑſona copulãda: g̃ in
iſto ſummo m̃rimonio debuit ↄſenſus bea
tiſſime v̾ginis req̃ri. g̃ ad h̾ neceſſaria fuit
nũciatio. ¶ Itē clãdeſtinuz minuit iura ⁊
p̾uilegiũ m̃rimonij: ſed illud m̃rimoniũ in
nullo debuit eē diminutũ: g̃ ⁊ nullo mõ de
buit eē clãdeſtinũ: g̃ neceſſaria fuit nuncia
tio. ¶ Rñdeo. Cõcedim⁹ ꝙ ↄgrua ⁊ ne-
ceſſaria fuit iſta nũciatio ꝑpt̃ q̃tuoꝛ. ꝑpter
dei honoratione. ãgelice dignitat̃ oñſionē.
btiſſime v̾ginis cõmēdationē. ⁊ noſtrã vti
litatē. De⁹ honorabat̃ in iſta annũciatiõe
triplicit̃. quãtũ ad potētiã . ſ. eo ꝙ angelos
miniſtros habuit. quãtũ ad ſapiētiã: in eo
ꝙ mõ ꝑditiõis mõ liberatiõis directe obui
auit. ſ. in eo ꝙ v̾ginē ꝑ angelũ docuit ſicut
angelus v̾ginē decepit. quãtũ ad bonitatē:
in eo ꝙ de ↄtingentib⁹ nil obmiſit in oĩ eo
qd̃ ad honorem m̃ris ſue neceſſe fuit. Con-
grua g̃ fuit ad dei honorationē. Neceſſaria
etiã fuit ad angelice dignitatis oñſionē q̄ ſi
milit̃ h̾ oñdit̃ in trib⁹. Primo ꝙ angelus
ſuũ officiũ. ſ. nũciãdi exercuit. Scd̃o ꝙ ſũ-
mi ſecreti cõſci⁹ fuit. Tertio ꝙ ſũmã btitu
dinē hoĩ nũciauit. Fuit etiam ad btiſſime
virginis cõmēdationē neceſſaria: q̄ etiã hic
fuit cõmēdata i trib⁹. Virt⁹ eñi ei⁹ mãife-
ſtat̃. meritũ ei⁹ augmētat̃. int⁹ ⁊ extra illu-
minat̃. ⁊ vnũquodq; illoꝝ tripl̾r. Manife
ſtatur enim virtus humilitatis in turban
do. virt⁹ diſcretiõis in q̃rēdo. virt⁹ fidei in
ↄſentiēdo. Meritũ ei⁹ augmētat̃ in trib⁹. i
credēdo nũcio. in ↄſentiēdo nũciato. in hu
miliãdo ſe deo. Int⁹ ⁊ extra illuminat̃ tri-
plicit̃. in potētijs p̄mis medijs ⁊ vltimis.
In p̄mis. i. ſenſualitatis ꝑ allocutionē ⁊ rõ
cinationē, in medijs ꝑ imaginationē ⁊ co-

gnitionē.ī vltimis p internā inspirationē. sic vtilꝭ fuit annūciatio ad ꝟginis cōmēdationē. Fuit etiā necessaria ad nostrā vtilitatē.ad hāc qꝫ tripłr: ad fidei ꝯfirmationē. ad deuotiōis accēsionē.ad actuū informationē. Fides nostra ꝯfirmaꝭ in eo ꝙ origo ꝛ exordiū nostre redēptiōis seriatim ꝛ ordinate describiꝭ ꝛ sancti euāgelij testimonio roboraꝭ. Deuotio accēdiꝭ cū toto humano generi mediāte btīssima ꝟgine pfecta paꝫ ꝛ recōciliatio nūciaꝭ: ꝛ hūana natura deo abiecta ꝛ angelꝭ inimica a deo pōr p angelū salutaꝭ. Actꝰ nostri informanꝭ cū p id qd̄ btīssima ꝟgo gessit qn̄ ad ipam angelus venit ꝛ illud qd̄ rn̄dit: ꝛ p illud qd̄ post receptionē plenitudinis grē fecit elegātissime īstruimur qͥliter nos debeamꝰ ad recupandā gratiā pparare: qͥlr recupatā augmētare: qͥlr augmētatā ꝯseruare. Et sic ptꝫ ad q̄ ꝛ ad q̄d necessaria fuit nūciatio. ¶ Nunc rn̄dendū est ad obiecta.p̄mo ad id qd̄ diciꝭ ꝙ missio ē distātiū: dicēdū ꝙ distare ƀm ꝙ diciꝭ p oppositū ad inhabitare p grāꝫ ꝯtingit simul inesse cū inhabitatiōe respectu diuersarū grarū: ita ꝙ deꝰ inhabitat p hanc grām: distat tn̄ quātū ad aliā. Vn̄ licꝫ deꝰ inhabitet ꝟginē p grām: distabat tn̄ p corporalē p̄ntiam. ¶ Ad illud aūt qd̄ diciꝭ ꝙ missio ē p mediū: dicēdū ꝙ mediuꝫ accipit dupłr in opatiōe. Uno mō ƀm ꝙ mediū accipit a p̄mo ꝛ fluit ī vltimuꝫ ꝛ hꝫ rōnē motiui respectu vltimi: vt qd̄ ī p̄muꝫ mutat mutans: ꝛ tale mediū est nobiliꝰ vltimo. Alio modo medium p qd̄ tanꝙ instrumentū est opacio ꝛ ħ mediū nō ē dignꝰ vltimo. Primo mō angelus fuit mediū q̄ ad illuminationē sensitiuaꝫ: ƀm ꝙ angelus fuit supior btīssima ꝟgine nūciato christo hoīe: sic intellectiuū sup̄ sensitiuū. Scd̄o mō angelus fuit mediū q̄ ad illuminationē intellectualē inquātū mouebat ꝛ irradiabat btīssimā virginē illuminatiōe sensitiua: sꝫ ipaꝫ illuminationē intellectiuā deꝰ p se infudit mediāte intelligētia. Et ex his ptꝫ solutio vsqꝫ ad vltimā obiectionē q̄ obijciꝭ ꝙ pphia pdestinationis sine nr̄o libero arbitrio ipleꝭ: qd̄ verū ē sine nr̄o libero arbitrio opante: sꝫ nō sine libero arbitrio ꝯsentiēte. Qd̄ obijcitur de obediētia solutū est in distinctiōe.

p Ost hͦ q̄riꝭ p quē nūciū ꝯueniat fieri annūciationē hāc. ꝛ videꝭ ꝙ p hoīeꝫ. Tribus eni modis notificaꝭ incarnatio. Primo p pphiaꝫ realē vel ꝟbalē. Scd̄o p digiti demostrationē ad oculū. Tertio p annūciationē. extrema fiebant p hoiem: ḡ ꝛ media: qꝛ ꝛ media cōicāt natura extremoꝝ. ¶ Itē angelꝰ nō ordinaꝭ mediꝰ inꝭ hoīem ꝛ hoīem: cū sit super hoiem: ḡ si extrema fiebāt p hoīem ḡ ꝛ media: qꝛ ꝛ media cōicāt naturā extremoꝝ. ¶ Itē lex ꝛ pphe vsqꝫ ad Johānē q̄ fuit ppheta pphetādo: ꝛ plus ꝙ pphā demōstrādo: ḡ inquātū est citra demōstrationē erit pphetisatio: sed annūciatio erat citra. ḡ debebat fieri p pphetam: ergo per hominem. ¶ Cōtra: nullus hominū fuerat supior beatissima ꝟgine: sꝫ inferioꝝ ē recipe a supioribꝰ: ḡ ipa nō debuit illuminationē recipe ab aliq̄ hoīe. ¶ Iteꝫ ista btītudo īmediate btē ꝟgini ī ipsa ꝛ p ipaꝫ annūciaꝭ toti hūano generi: ḡ fuit loco recipiētis: ꝛ ḡ hō nō debuit esse nūciꝰ. ¶ Itē officiū hominū est recipere: ꝛ angeloꝝ nunciare: ḡ ꝛc. Ex hijs patet ꝙ homo nō debuit esse nūcius.

v Ideꝭ aūt ꝙ angelus debuit esse nūciꝰ. Ordinarie ꝛ regularꝭ illuminationes descēdūt a supioribꝰ ad inferiora: sꝫ hūana natura ꝯstituta ē sub angelica: ḡ hec debuit illūinari ab illa. ¶ Iteꝫ dicit phs ꝙ aīa ē substātia intellectuaꝭ illuminationū a p̄ma causa descēdētiū vltima delatiōe pceptiua: ḡ illuminatio descēdit a deo ad angelos: ab angelꝭ ad hoies: ḡ illūinatio ista fiebat p angelū. ¶ Itē āgeli sūt q̄ singulꝭ hoibꝰ pficiunꝭ: ꝛ sic sunt īmediate plati hominū: sed denūciatiōes ꝛ illuminationes descēdūt a platis in subditos: ḡ videꝭ ꝙ p angelū ꝟgini deputatū debuit fieri ista ānūciatio. ¶ Itē eccliastica hierarchia īmediate ordinaꝭ ad celestē sup se: ḡ supremū in ecclastica erit ad infimū in celesti ordinatū īmediate: sed btīssima ꝟgo est supm̄ū in ecclesiastica: ḡ debuit illūinationem recipe ab infimo in celesti hierarchia. ¶ Iteꝫ p totū euāgeliū appellaꝭ angelus: ꝛ ita videtur ꝙ fuit angelus.

s Ed cōtra. Illuminatores sunt scietiores illis q̄s illūināt: sic vult Dionysiꝰ p totū: sed angeli nō fuerūt supiores btā ꝟgine: ḡ angelus non debuit eā illūinare. ¶ Itē q̄s ē iste q̄ venit de edō. ꝛ dicit Hieronimꝰ ꝙ hec q̄stio est in ꝑsona minoꝝ angeloꝝ ignorātiū mysteriū incarnationis: sꝫ ignorauerūt: ḡ nō nūciauerūt.

Itē volauit ad me vnꝰ de ſeraphin: ſi ꝗ de maioribꝰ fuit vnꝰ q̄ ꝓphaꝫ ad ꝓphetiſādū incarnationē purgabat: nequaq̄ de minoribꝰ eſſe debuit q̄ ipam incarnationē nūciabat. Itē nūciꝰ iſte fuit Gabriel q̄ fuit archāgelus vt ſuppōit ecclia: ꝗ nūciꝰ nō fuit angelus ſed ad minꝰ archāgelus. Itē Johānes nūciatꝰ fuit ꝑ archāgelū: ꝗ ⁊ dn̄s ad minꝰ. Itē archāgeli ſunt q̄ maiora nūciāt: vt dicit Ber. ſed illud fuit maximū nūciatū: ꝗ debuit fieri ꝑ archāgelū. Itē Ber. dic̄ putamꝰ his p̄eſſe archāgelos q̄ ſunt cōſcij diuinoꝝ myſterioꝝ: q̄ nō niſi ob p̄cipuas ⁊ maximas cauſas mittunt̄. Ex q̄bꝰ ille magnꝰ archāgelus Gabriel miſſus legitur ad Mariā: ob cāꝫ vtiq̄ q̄ maior eē nō potuit. Itē cuiuſcūq̄ ē officiū aliq̄d ꝓprie illud eſt in illo officio p̄mū mediū ⁊ vltimū: ſed archāgeloꝝ officiū eſt reuelatio ſecretoꝝ: ꝗ et iſta reuelatio ſummoꝝ ſecretoruꝫ ꝑtinet ad iſtorum officium.

Idem q̄ nūciꝰ debeat eē de p̄ncipatibus. Dicit eni Ber. principatꝰ ſūt quoꝝ v̄tute moderamine ⁊ ſapientia oīs in terra p̄ncipatꝰ ꝯſtituit̄: regit̄: limitat̄: trāſfert̄: mutat̄: ⁊ nūciat̄. ſed h̄ annūciabat̄ mutatio regni ⁊ ſacerdotij ⁊ eiectio principis tenebrarū: ꝗ debuit fieri ꝑ principatus. Iteꝫ ſm btm̄ Dionyſiū angeli ſunt q̄ ſingul̄ hoībꝰ p̄ficiunt̄. archāgeli q̄ gentibus. p̄ncipatꝰ q̄ p̄ncipibꝰ: ꝗ cū btiſſima virgo nobiliſſima fuerit princeps: ei debuit fieri reuelatio ꝑ p̄ncipatꝰ. Item videt̄ q̄ per p̄ncipatuū ꝓprietates q̄s ponit btūs Dionyſiꝰ dicēs. Māifeſtat aūt ipaꝫ celeſtiū p̄ncipatuū illud diſformit̄ principale ⁊ ductiuū cū ordine ſacro ⁊ p̄ncipatibꝰ de feliciſſimis v̄tutibꝰ ⁊ ad ſupprincipale p̄ncipium eas p̄ncipalit̄ ꝯuerti ⁊ alias hierarchice ducere ad ipm p̄mū quantū poſſibile eſt formare p̄ncificū principiū: ſꝫ in hac annūciatione ducit̄ beata v̄go hierarchice ad ſupprincipale principiū quātū poſſibile fuit: ꝗ debebat fieri per principatus.

Idem q̄ adhuc ſupior debeat eē nūciꝰ. ſ. de poteſtatibꝰ. Poteſtates ſūt vt dicit Ber. q̄rū virtute ptās tenebrarū cōprimit̄. hic aūt ptās principis tenebrarū maxime cōprimebat̄: ꝗ debebat fieri ꝑ ptātes. Itē glo. dic̄ ſup miſſus ē q̄ Gabriel ideo fortitudo dei dicit̄ qꝛ illū nūciabat q̄ ad debellādū diabolum veniebat: hoc aūt eſt ptātū: ꝗ debuit fieri ꝑ ptātes.

Idem etiā q̄ debeat eē de v̄tutibus. Dicit eni btūs Ber. virtutes ſunt quoꝝ nutu vel ope ſigna ⁊ ꝓdigia fiūt: iſtud aūt fuit oīuꝫ miraculoꝝ miraculoſiſſimū: ꝗ debuit fieri ꝑ virtutes. Itē vna ꝓprietas virtutū ſm btm̄ Dionyſiū eſt largitas ad inferiora: hic aūt annūciabat maxime largitas: qꝛ plenitudo gratie: ꝗ ⁊c.

Idem q̄ debuit fieri ꝑ dn̄ationes: ⁊ hoc ꝓpt̄ ꝓpetates ipſis aſſignatas a btō Dionyſio q̄ ſunt. liberal̄ ſeueritas. mutue ſeruitutis ſupioritas. nullius ſubiectiōis egeſtas. diſſimilitudinis immunitas. dn̄andi ordinata ptās. Oīa iſta exercebant̄ in ope incarnatiōis vbi nos deꝰ ſue gratie liberalitate ⁊ ſue paſſionis ſeueritate liberauit ab indigna ſeruitute diaboli et peccati: ⁊ i libtatē filioꝝ dei adoptauit ab oī ꝯtagio diſſimilitudinis culpe ⁊ pene emundauit ⁊ nos ſibi i regnū ⁊ ſacerdotiū ordiauit: ꝗ iſta āñūciatio d̄bebat fieri ꝑ dn̄atōes.

Idem etiā q̄ ꝑ thronos debuit fieri: ⁊ h̄ ꝑ ꝓprietates thronoꝝ a btō Dionyſio poſitas q̄ ſunt regis celſitudo. regis circūdatio. ſtabilis collocatio. regis ſuſceptio. regis delatio. familiaris apertio. vn̄ btūs Dionyſiꝰ. Ipſa aūt altiſſimarū cōpactarū ſedilium oī diligēter exaltari ignauia ſubiectionis ⁊ ad ſummū ſupmūdane ſurſuꝫ ferre ferēs ⁊ oī extremitate ineffabilit̄ in ſublimiſſimū ⁊ vere excelſuꝫ totis viribꝰ ⁊ imutabilit̄ ⁊ ſtabilit̄ collocatū ⁊ diuini ſupaduētꝰ in oī ipoſſibilitate ⁊ immortalitate acceptiuū diſformit̄ ⁊ familiarit̄ in diuinas ſuſceptiones aptū. hec auteꝫ oīa cōpleta ſunt in btiſſima v̄gine q̄ celſior oībus creaturis ipm deū vteri ſui i gremio circūdedit: ꝑ quod ſe ⁊ nos in eterni regni ſolio collocauit ⁊ regē glorie quē in ſe ſuſcepit ꝑ totū mūdū cōicauit collocauit ⁊ tāq̄ familiariſſima mediatrix totū mundū ſibi recōſiliauit: ⁊ ꝑ quā tāq̄ ꝑ ꝯiūctiſſimū ſit i mediuꝫ oē bonū effluxit: ⁊ oē genꝰ hominū per ſe tāq̄ ꝑ portaꝫ celi ad ſummā familiaritatē dei p̄ris itroduxit: ⁊ ꝑ h̄ q̄ ipm deū cū hoīe familiariſſime i vnā ꝑſonā ꝯiūxit: hec aūt oīa annūciant̄ in iſta annūciatiōe: ꝗ ꝓpriſſime debebat fieri ꝑ thronos.

Idem etiā q̄ debeat fieri ꝑ cherubin ꝑ ꝓpreitates poſitas a btō Ber. q̄ dicit. Putemꝰ cherubin ex ipſo ſa‑

pietie fonte .i. ore altiſſimi haurientes ⁊ re fluētes flueta ſciētie vniūſis ciuib⁹ ſuis. cū ḡ hic annūciet̄ prima repletio fontis q̄ creuit in fluuiū magnū ⁊ maximū cui⁹ impetus letificat ciuitatē dei: vtpote plenus gr̄a et virtute: de cuius plenitudine oēs accepimus: immo ipſe fili⁹ dei q̄ eſt v̄tus ⁊ ſapiētia dei in q̄ ſunt oēs theſauri ſapiētie ⁊ ſciētie recōditi: manifeſtū eſt ꝙ annūciatio ptinet ad cherubin. Itē videt̄ ꝑ ꝓpetates a beato Dionyſio poſitas q̄ ſunt i circuitu eē reductiua actiua ⁊ exēplatiua in circuitu: q̄a ad totū qđ eſt nō itrāt reductiua ⁊ ad dn̄m tendāt actiua vt ad deū intēdāt exēplatiua vt ſm ſuū exēplū h̄ faciant. In hac aūt annūciatiōe btiſſima v̄go ita in circuitu fuit ꝙ maḡ ꝯiūgi deo: niſi de⁹ fieret: nō potuit. reductiua etiā fuit q̄ oēm creaturā q̄ ꝑ peccatū cecidit in p̄ſtinū ſtatū ducit ⁊ ſupducit ꝑ ipam ⁊ in ipſa q̄cq̄d de⁹ creauit recreauit. qm̄ oīum bonoꝝ eſt mr̄. Eſt ⁊ exēplatiua q̄ oīs pulchritudinis ⁊ inocētie ſpeculū ad p̄mā pulchritudinē dirigit: ⁊ oēs aberrātes vt ſtella maris ad portuȝ reducit: hec aūt omnia h̄ annūciabantur: ergo videtur ꝙ ad cherubin pertineat.

v Idet̄ ꝙ ad ſeraphin ⁊ h̄ ꝑ ꝓpetates poſitas a btō Ber. q̄ dicit. Putemus ſeraphin ſpūs totos igne diuino ſuccēſos incēdere vniūſa: btā aūt v̄go igne ſctiſpūs ita fuit totalit̄ ſuccēſa: vt flāma ignis oēm ei⁹ fomitē libidinis extigueret: ⁊ ipm ſolē iuſticie intra ſe ꝯtinēs totuȝ mūdū illuminaret: ⁊ ad dei amorē accenderet: cuȝ ḡ iſte ſunt ꝓpetates ſeraphin videt̄ ꝙ iſta annūciatio ptineat ad ſeraphin. Itē videt̄ ꝑ ꝓpetates ipſis aſſignatas a beato Dionyſio q̄ dicit. Prima ḡ celeſtiū hierarchiarū ab ipſis excellētiſſimis eētijs ſi ſanctificat̄ ordinē h̄ñs oībus altiorē h̄ eſt circa deuȝ imediate collocatū ⁊ p̄mo opantē theophanie pfectiōes in eā tanq̄ in ꝓximam principalit̄ deferunt̄: ⁊ ita imobile earū circa diuina ⁊ inceſſabile ⁊ acutū ⁊ calid⁹ ⁊ ſupferuidū intēte ⁊ forſan intime inflexibil' ſemꝑ motiōis ⁊ ſuppoſitorum reductiue ⁊ actiue exēplatiue tanq̄ recaliſicās illa ⁊ reſuſcitās illa in ſiſem caliditatē ⁊ igneitatē celit⁹ etiā holocauſtū purgatiuū ⁊ incircōuallatū ⁊ inextinguibilē h̄ñtē ⁊ ſic ſemꝑ luciſactiuā ⁊ illuminatiuā ꝓprietatē oīs tenebroſe obſcurificatiōis pſecutricē ⁊ manifeſtatricē. Illa aūt ſumma pfectio charitatis q̄ h̄ deſcribit̄ ad deū aſcēdēdo ⁊ ad chriſtū deſcēdēdo cōpleta fuit i btā v̄gine i hac annūciatiōe: ergo manifeſtuȝ ē ꝙ debuit fieri per ſeraphin.

v Idet̄ aūt ꝙ adhuc ſupior nūci⁹ eē debuit. ſ. ſpūſſanct⁹ increat⁹. h̄ eni annūciat̄ effect⁹ ſumme bōitatis: bonitas aūt appropriat̄ ſpiritui ſctō: ḡ dȝ fieri ꝑ ſpm̄ ſctm̄. Itē ꝙ oēs tres p̄mi ordines debeāt mitti. Primus eni ordo nomē h̄ȝ a charitate. Scđs a cognitione. Terti⁹ a poteſtate: ſed hec oīa h̄ in ſummo mōſtrātur: ḡ debebat fieri ꝑ tres. minoꝛ ptȝ ꝑ Iohan. damaſ. q̄ dic̄. Magnuȝ circa ipm̄ antropie i. amori hominū clemētie pelag⁹ demōſtratur. Ipſe eni ꝯditoꝛ ⁊ dn̄s eā quā ꝓprio vel ꝑ p̄mo plaſmate recipit luctationē ⁊ opere magiſter fit: ⁊ hoīem quē inimic⁹ deitatis ſpecie decepit: carnis ꝓblemate decipit̄: et mōſtrat̄ ſimul bonitas ⁊ iuſticia ⁊ ſapiētia dei. Nā bonitas q̄dē: q: non deſpexit ꝓprij plaſmatis infirmitatē: ſed in ipſo cadente viſcera ei⁹ cōmota ſūt ⁊ manū porrexit. Iuſticia qm̄ hoīe victo nō aliū vincē fecit tyrānū: necȝ vi eripuit hoīem ex morte: ſȝ queȝ quondā ꝑ pctm̄ in ſeruitutē redegit mors: hūc bon⁹ ⁊ iuſt⁹ victorē fecit: rurſus ⁊ ſileȝ ſili reſaluauit. Et qđ apoton erat. i. difficile ſapiā qm̄ iuenit apoꝛij. i. difficilimi ſolutione valde decētiſſimā: ḡ cū h̄ annunciet̄ in q̄ oīuȝ iſtoꝝ triū ordinū demōſtrat̄ ꝓpetas: vr̄ ꝙ oēs tres ordines debeāt mitti.

v Idet̄ aūt ꝙ debeāt mitti oēs: q: ſic ſe h̄ȝ nūcians ad nūciantē ⁊ recipiens ad recipiētē ⁊ negociū ad negociationē: ita ſe h̄re dȝ nūci⁹ ad nūciū: ſȝ oīa alia hec fuerūt in ſummo: ḡ ⁊ rō nūcij hic eē debuit i ſūmo. Minoꝛ patet. maioꝛ nō potuit eē nūciās deo nūciāte nec maioꝛ recipiēs illa recipiēte q̄ fuit ſupma in eccleſia militāte: ⁊ negociū nō potuit magis et magis eē arduū nec vtilitate nec dignitate nec nouitate: ḡ ſi oīa alia fuerūt h̄ in ſūmo: ⁊ rō nūcij hic debuit eſſe i ſummo: ſed rōnem nūcij augmētat pluralitas. ſolēni⁹ eni ē mittere multos ⁊ magnos q̄ vnūquē libet. quāto eni pleſ nūcij ſūt magni ⁊ ſolēnes tanto pl⁹ ſolēniſat̄ ānūciatio: ḡ ſi h̄ dȝ eē i ſūmo: optebat ꝙ oēs mitteret̄.

v Idet̄ aūt ꝙ ſpūſſctūs debebat mitti ꝑ argumētū pri⁹ poſitū. Itē iſta

ↄceptio q̄ hic annũciatꝰ attribuitꝰ ſpũſctõ. Dicitꝰ eñ ↄcept⁹ de ſpũſctõ: licȝ tota trinitas ſit opata iſtã ↄceptionẽ. Itẽ ad repletionẽ ap̄loꝝ mittebatꝰ ſpũſſctũs: ḡ mlto digni⁹ ad plenitudinẽ btiſſime ꝟginis. x v.

v Idetꝰ etiã ꝙ debuit mitti fili⁹. Fili⁹ eñi vt dicit Aug⁹. q̄ ẽ ſapiẽtia mittitꝰ cũ cognitio de ſpũalib⁹ datꝰ: hic aũt ipſa ſapientia per ſeipſam totaliter infunditur: ergo filius mittebatur. x vj

v Idetꝰ aũt ꝙ pr̄. Patri eñi appropatur ſumma potẽtia q̄ manifeſtatur in ſũmo: ḡ debuit mitti: minoꝛ ptꝫ. magis eñi manifeſtat potẽtiã recreatio ꝙ̄ creatio: licȝ vtrũqȝ ſit ex nihilo: qꝛ in ſupioꝛẽ ⁊ in pfectioꝛẽ ſtatũ ordinatꝰ recreatio ꝙ̄ creatio. Itẽ in figura hui⁹ incarnatiõis legitꝰ qꝺ dixit Sãſon pr̄i ſuo. Uidi mulierez de filiab⁹ philiſtijm: hãc q̄ſo accipe mihi i vxorem: ⁊ deſcendit pater ei⁹ ad mulierem ⁊ fecit filio ſuo grãde ↄuiuiũ. Si ḡ pr̄ deſcẽdit ad accipiẽdũ filio ſuo vxoꝛẽ: vr̄ ꝙ pater miſſus ſit ad annũciãdũ incarnationẽ. x vij

q Uod tota trinitas mitti debuit videtꝰ ꝑ auctoꝛitatẽ damaſ. ſupra poſitã ꝙ in incarnatiõe mõſtrabatur potẽtia ſapiẽtia ⁊ bonitas ptãs ſimul: ⁊ illa approprianꝰ trib⁹ pſonis: ḡ tres pſone ſimul debebãt mitti. Itẽ videtꝰ ꝑ ipm euangeliſtã. ſpũſſctũs ſupueniet i te ⁊c. vbi oẽs tres pſone tãgunꝰ: ꝑ ꝟtutẽ fili⁹. ꝑ altiſſimi pat. ſpũſſanct⁹ ponitꝰ intra. Itẽ in annũciatione Iſaac q̄ fuit figura iſti⁹ annũciationis dicitꝰ ꝙ apparuerũt tres viri. i. tres angeli in ſpecie viroꝝ ꝑ q̄s dicitꝰ trinitas itelligi: qꝛ dicitꝰ tres vidit ⁊ vnũ adorauit. ⁊ ibi commiſcuit ſara tria ſata. i. diuinitatẽ aiam ⁊ corp⁹: ergo trinitas fuit miſſa ad annunciandum incarnationem.

a Ꝺ hec ſoluẽtes dicim⁹ ꝙ in hac annunciatione triplex fuit triplicitas miſſionis poſitio. Una filij. Scõa ſpũſcti. Tertia angeli. Filij duplex. Una qua mittebatꝰ in carnẽ: ⁊ illa ẽ incarnatio. Alia q̄ mittebatꝰ in mẽtẽ q̄ idẽ eſt ꝙ interioꝛ illuminatio mẽtis btẽ ꝟginis ad intẽdẽdũ ⁊ ↄſenſiẽdũ verb angelicis. Miſſio ſpũſſancti fuit in plenitudinis gratie infuſiõe i. ſumma ꝟtutũ gratuitarum ꝓut in pura creatura eſſe potuit in via perfectio. Miſſio angeli fuit intimationis ꝙ ipſa deberet eſſe mater dei miniſterial ⁊ exterioꝛ ad ſenſum delatio. vñ angelus nõ fuit illuminatoꝛ: ſed illuminatiõis interioꝛis exterioꝛ delatoꝛ ⁊ reuelatoꝛ. Illi⁹ aũt intelligẽtie cui op⁹ eſt in viſione de⁹ trinitas ꝑ ſe fuit iſpiratrix ⁊ interptatrix ſic̄ ⁊ iuẽti nũciatrix.

h Is habitis rñdem⁹ ad obiecta cõcedẽtes ꝙ fili⁹ mittebatꝰ ſm ꝙ dictuz eſt: ⁊ ſpũſſanct⁹ mittebatꝰ ſm ꝙ dictũ eſt: pr̄ aũt nõ mittebatꝰ: quãuis in incarnatiõe aliq̄d appropꝛiabile ſit pr̄i. In cõditiõe nãqȝ ad miſſionem alicu⁹ pſone tria exigũtur. Primũ eſt ꝙ ille effect⁹ ſit i creatura a tota trinitate. Scõm eſt ꝙ ille effect⁹ ſit appropꝛiabil illi pſone q̄ mittitꝰ: qꝛ mitti vt dicit Aug⁹. eſt agnoſci. Tertiũ eſt ꝙ manifeſtetꝰ ꝓceſſus illi⁹ pſone ad alterã. ⁊ ſic patet ꝙ pat non mittitꝰ: qꝛ mitti vt dicit Aug⁹ eſt agnoſci ab alio eẽ: pater aũt nõ eſt ab alio. Eadẽ rõne tota trinitas mitti nõ debuit: qꝛ ſeq̄tur ſi trinitas mittitꝰ ḡ ⁊ patꝰ. Itẽ ↄcedimus rõnes q̄ ꝓbãt ꝙ hõ nõ debuit eſſe nũci⁹. nec obſtat ꝙ lex ⁊ ꝓphete vſqȝ ad Ioh. iſta aũt annũciatio nõ fuit ad demõſtrationem iohãnis oꝛdinata tanꝙ̄ ad mediũ. hec aũt fuit oꝛdinabilioꝛ illa tanꝙ̄ finis ⁊ cõplemẽtũ oĩum reuelationũ ⁊ apparitionũ p̄cedẽtiũ ꝑpꝰ pꝛicipalẽ exhibitionẽ luminis qꝺ illuminat: ⁊ fuit cõpletioꝛ in rõne illuminãdi: qꝛ eã int⁹ et extra illuminauit mediãte luce qua ſue diuinitatis de⁹ teſtamẽta nr̄e moꝛtalitatꝫ accẽdit ⁊ oẽs tenebras fugauit. Iohãnis aũt demõſtratio lumẽ nõ accẽdit ſed lippientibus oculis ſolẽ digito oſtẽdit: nec iã quaſi ſecretũ reuelauit: ſed manifeſtũ incredulis inculcauit. Plus ḡ ꝙ̄ ꝓpheta dicitꝰ: nõ ꝓpter nobilitatẽ reuelatiõis: ſed ꝑpꝰ p̄ñtiaz lucis quã nõ futurã p̄dixit: ſed p̄ñtẽ demõſtrauit. ¶ Itẽ ↄcedim⁹ ꝙ multi angeli nõ debebãt mitti: qꝛ multitudo repugnat myſterij archano. Nõ eñi eſt archanũ qꝺ multis ẽ cognitũ: nec ẽ familiaritꝰ ⁊ amicabilitꝰ intimatũ: qꝺ pri⁹ ẽ multitudini reuelatuz. Itẽ ↄcedim⁹ ꝙ iſte angelus nõ fuit de maioꝛib⁹: ſed fuit archãgelus: ⁊ h̄ in btiſſime virginis honoꝛatione: qꝛ ſi q̄s de ſupioꝛib⁹ mitteretꝰ: ab ipſo illuminari crederetꝰ. De minoꝛib⁹ ḡ mittitꝰ vt oſtẽdatꝰ qꝛ angel⁹ tm̄ eſt negocij myſterial ⁊ exterioꝛ delatoꝛ. deus aũt ꝑ ſe ẽ negocij inuẽtoꝛ. ſalutatiõis dictatoꝛ. intelligẽtie inſpiratoꝛ. ⁊ mentis ad cõſenſum inclinatoꝛ. modi executiõis ex-

poſitor. Unde angelus reqſitus de modo
traſmittit ad ſpūſctm̄ di. ſpūſſctus ſup̄. in
te. ₇c. Nā btiſſima ꝟgo licȝ ĩ aliȷs h̄ nō ſit
poſſibile nihil h̄ illuminatiōis accepit ab
angelo. ₇ vt h̄ euāgeliſta ſignanter exp̄me
ret ₇ oēm ↄtra h̄ opinionē remoueret ip̄m
qui reuera fuit archāgelus p̄ totū euāgeliū
non archangelū: ſed angelū noīauit.

Oſt h̄ q̄rit̄ in q̄ ſpē apparuit. Et vi
p det̄ ꝙ ĩ ſerpētina ſpecie. Dicit eni
Beda q: intrauit mors p̄ feminā:
apte rediȷt ₇ vita p̄ feminā. ſi ↄgruebat ſiſi
tudinē aliȷs ineſſe: ſcȝ vt feīa eēt p̄ricipiuȝ
ſaluatiōis ₇ p̄ncipiū p̄ditionis. angel⁹ p̄n
cipiū deceptiōis: angelus p̄ncipiū illumi-
nationis: ḡ ſi angelus fuit inſtrumentū de
ceptiōis: debuit eē ₇ inſtrumētū illūinatio
nis: ḡ angel⁹ appere debuit ĩ ſpē ſerpētina.

Idē ꝙ apparere debuit in ſpecie
v colūbina. ↄtraria ↄriȷs curant̄: ḡ ſi
deceptio fiebat p̄ calliditatē ſerpē-
tinā: illuminatio fieri debebat p̄ ſimplici-
tatem columbinam.

Idē etiā ꝙ ĩ humana ſpecie. alie
v eni apparitiōes fiebāt in ſpecie hu
mana: ḡ ₇ iſta: cū ſit cōplementū ₇
digniſſima oīum aliarū. Itē int̄ aīalia euā
gelica matheus habet faciem hoīs ₇ plura
ſcripſit de incarnatione dei hoīs: ḡ ſpecies
humana conuenit ad annūciandū incar-
nationem chriſti hoīs. qd̄ ↄcedimus.

D obiecta ſoluētes dicim⁹ ꝙ ĩ ſpe
s cie ſerpītina nō debuit eē illumina
tio: q: cū illa nō ordinet̄ ad illumi-
nationē: ſed plus ad deceptionē cū in dece
ptione ſpēs ſerpētina ↄgruerit ₇ p̄ſuaſioni
ↄgruētiſſima eēt: q: vt dicit magiſter ĩ ſen-
tentiȷs. xxj. di. venit in ſpecie ſerpētina: q̄
ſi p̄mitteret̄ veniſſet in ſpecie colūbina et
infra: nō ḡ niſi p̄ ſerpētē tētare p̄miſſus eſt
diabolus vt p̄ illud qd̄ foris erat aſtuciā tē
tātis nō aduerteret: ₇ ſic feminā ↄueniret.
Unde Aug⁹. nō eſt putādū vt p̄ quē tēta-
ret eligeret: ſed cū decip̄e cup̄et nō potuit
niſi p̄ qd̄ poſſe aīs p̄miſſus fuit. Un̄ acci-
dit ꝙ ſpēs fuit inſtrumētū deceptiōis: non
ḡ debuit eſſe inſtrumētū illūinatiōis. Itēȝ
in ſpecie colūbe venire nō debuit. Btā eni
ꝟgo ſenſibilit̄ ab āgelo illuminari debuit:
illuminatio aūt ſenſitiua ad cognitionē fit
mediāte locutiōe: ḡ mediū illuminationis
debuit eſſe locutiuū; ſed nullū ſenſitiuū eſt
locutiuū niſi ſolus hō. ḡ debuit fieri in ſpe
cie humana: vt ſic nobiliſſimū intellectiuū
erat qd̄ illuminabat eā interi⁹: vtpote de⁹:
ſic etiā nobiliſſimū eēt ſenſitiuū quod illu-
minabat eam exteri⁹ ſicut homo.

Oſt h̄ q̄rit̄ in q̄ ſexu. Et videt̄ ꝙ ĩ
p femineo. aſſumptio eni forme hūa
ne h̄ nō erat niſi p̄pt̄ eā q̄ illumina
bat̄: ḡ quicunqȝ ſexus magis cōgruebat ei
q̄ recepit illuminationē: p̄ illū debebat fie
ri: h̄ aūt ſexus ē feminē⁹. ↄgruētiſſime eni
loqtur femine femīa: ꝟgo ꝟgini: ₇ ſine tur
batione minori audit ꝟgo ꝟginē ꝙ virgo
virū: ḡ in ſexu femineo ꝟgineo debuit fieri
apparitio. ¶ Sed ↄtra ſup̄ illud. q̄ cū au-
diſſet turbata ē. dicit glo. p̄priuȝ eſt ꝟginī
ad omnes viri ingreſſus pauere: ergo vir.
¶ Preterea in oīb⁹ apparitiōib⁹ aliȷs q̄
fuerūt figure iſti⁹ annūciatiōis angeli ap-
paruerūt in forma viril̄ ſex⁹: ḡ ₇ h̄. ¶ Con
cedim⁹. dicētes ad obiecta ꝙ ſex⁹ femine⁹
nō eſt illuminatiu⁹: ſed magis illuminabi
lis ḃm apo. q̄ dicit. Mulieres in eccl'ia ta-
ceāt: ſȝ domi interrogēt viros ſuos. Caput
eni mulieris ē vir. Un̄ qm̄ illūinās inq̄tū
